



Asparus ille in Misnia honestis parentibus or-
niundus, à teneris annis literarum studijs ope-
ram dedit, atq; in virum doctissimum evasit. Erat
præterea singulari prudentia & facundia prædictus.
Itaq; ob plurimas uirtutes à Sigismundo Cæsare in
aulam ascitus, eiusq; Secretarius electus fuit. Vnde
Imperi negotia magna cum diligentia peregit, at-
que plurimas controvërsias composuit. Aderat is
quoq; in Concilio Constantiensi adhuc iuuenis. Is
cum uideret Ioannis Hussi doctrinam & pietatem
ex cōsilio procerum de eo iudicantium surgens &
abiens, Cæsar's nomine protestatus est, sese in eius
uiri mortem nequaquam consensisse. Postea uero

in Austriæ ducum amicitiam sese insinuans, apud Sigismundum Cæsarem ef-
fecit ut Albertum suum generum eligeret, atq; ei cū Elisabetha amplissimam
dotem offerret. Inde Alberti Cæsar's, postea Ladislai regis, & tandem Cæsar's
Friderici cancellarius factus, res maximas peregit, atq; omnibus Germaniæ
principibus ob uitæ integratatem gratissimus exitit. Erat etiam Aeneæ Syl-
vio, qui postea pontifex factus est familiarissimus, id quod ex eorum literis
patet.